



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 10. Papæ consilium Bononiam eundi, ut Synodo magis vicinus esset.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

quod tum hic magis, quam ceteri ur-geret: quapropter ipsemet Pontifex cunctis hisce deliberationibus intererat.

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

§. IX.

Duo Cardinales a Pio IV. creati.

Die sexta Januarii tribus Sacris Re- gibus sacra, quæ Pontificiæ co- ronationis anniversaria erat, Pius IV. duos Præsules Cardinalitia decorabat purpura, quorum primus erat Fridericus Gonzaga Herculis Cardinalis Ne- pos, ac Mantuani Ducis Frater, qui na- tus erat Anno Domini millesimo quin- gesimo quadragesimo, ejusque Paren- tes extiterunt Fridericus I. Mantuanus Dux, & Margarita Paleologa Montfer- ratensis Ducissa: porro idem nomina- batur Cardinalis Presbyter titulo S. Ma- riæ Novæ. Alter erat Ferdinandus Medicæus Cosmæ Florentiæ Ducis Fi- lius, ac Joannis Cardinalis Frater.

Ciacon. vit.
Pontif. t. 3.
pag. 945.
Pallav. n. 2.
Es 3.
Pfal. p. 367.
Raynald.
hoc ann.
num. 10.

§. X.

Papæ consilium Bononiam eundi, ut Synodo magis vicinus esset.

Altera die septima Januarii summus Pontifex Friderici Gonzagæ ele- ctionem Friderico Mantuano signifi- cabat, simul eidem declarans, quod brevi Bononiam venturus esset, ut ibidem Religionis negotiis prospiceret, cum spera-

Pallav. cap.
12. n. 3.

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

speraret, quod eo facilius, quo vicini-
or Synodo adesset, emendationem
propositam perficere, ac omnia ad res
Christianæ Reipublicæ rite componen-
das media magis opportuna, atque
optatæ Ecclesiæ utilitati necessaria ad-
hibere posset. Ast id facilius impetrare
valuisset, si Synodus Bononiam trans-
ferri potuisset, hinc suspicandi locus est,
quod fors id quoque intenderit Ponti-
fex, qui hac de re etiam prævie Bo-
noniensem Senatam certiozem reddi
voluit.

§. XI.

*Papa a Cardinale Mantuano hoc iter
differre rogatus.*

Pallav. n. 4. Verum Cardinalis Mantuanus specie-
tenus quidem, ut ob Nepotem suum
ad purpuram promotum gratum exhiberet
animum, re tamen ipsa Episcopum Nolanum
eo fine ad summum Pontificem ablegabat,
ut eidem Roma excedere dissuaderet, quapropter
eidem significari iussit, quod minus consultum
esset ad Synodum venire, cum ejus adventus
nonnisi ad concitandos novos tumultus conferre
videretur: ut proin satius esset, si de proximo
ejus adventu rumor spargeretur, nunquam
autem hoc iter aggredieretur, sed potius
Romæ eorum, quæ contingerent, ipecta-